

No. 276. 1287. 18. März.

*Acht Bischöfe Deutschlands verleihen denen, welche bussfertig die Domkirche an gewissen Festtagen besuchen oder deren Aufbau durch milde Gaben unterstützen, jeder Einzelne vierzig Tage Ablass.*

Reinboto Eystetensis, Fridericus Curiensis, Siffridus Augustensis, Emkho Frisingensis, frater Conradus Tullensis, frater Heinricus Insulae sanctae Mariae, frater Heinricus Tridentinae, Conradus Virdensis ecclesiarum dei gratia episcopi universis Christi fidelibus tam praesentibus quam futuris scilicet modernae et successurae aetatis hominibus orthodoxis, quibus exhibitum fuerit praesens scriptum, salutem in virginis filio, qui est omnium in se credentium vera salus. Bonae rei operam dare devotionem excitat in cunctis christianae fidei cultoribus aeternam beatitudinem pro hac vita transitoria sperantibus. Ut ergo fidelium devotio in Christo devotius accendatur, et ut ipsis in ipso gaudium et ipsi in ipsis crescat honor et gloria: Licet is etc. — wie No. 275 — acceptabilem, fideles Christi — aptiores. Cupientes igitur ut ecclesia sancti Johannis evangelistae sanctique Donati martyris in Misne, quae quidem ecclesia de novo laudabiliter construitur, congruis honoribus frequentetur, et ut tam sollempni fabricae fidelium elemosynis subveniatur, omnibus vere poenitentibus et confessis, qui ad ipsam ecclesiam in singulis festis beatae Mariae virginis, dedicationis, patronorum ac in coena domini causa devotionis accesserint, vel eidem ecclesiae, ut opus fabricae saepe dictae consummari possit suis elemosynis manum porrexerint adiutricem, nos de dei omnipotentis misericordia, et beatorum Petri et Pauli apostolorum eius auctoritate confisi, singuli singulas quadragenas de iniuncta sibi poenitentia, dummodo consensus diocesani accesserit, misericorditer in domino relaxamus. In cuius rei certitudinem nostra sigilla praesentibus duximus apponenda. Datum Herbipoli in concilio anno domini M°. CC°. LXXXVII°. XV°. Kalend. Aprilis.

Nach dem Orig. im Stiftsarchiv zu Meissen mit acht meist wohl erhaltenen, an Pergamentstreifen hängenden Siegeln.

No. 277. 1287. März.

*B. Withego bei dem von dem apostol. Legaten B. Johann von Frascati (Tusculum) veranstalteten Concil zu Würzburg anwesend erteilt in Gemeinschaft mit den Erzbischöfen Sifrid von Cöln und Giselbert von Bremen, dann den Bischöfen Bruno von Brixen, Tobias von Prag, Heinrich von Naumburg, Conrad von Verden, Burchard von Metz und Bruno von Merseburg allen denen, welche ihrer Sünden sich bewusst und reuigen Herzens zum Wiederaufbau der abgebrannten Stiftsgebäude zu Fulda einen Beitrag geben, vierzig Tage Ablass.*

Aus dem Stiftsarchiv zu Fulda Hartzheim conc. Germ. III. p. 736.